

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

II. Humilitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

*Affectus virtutum considerationibus  
dictis indies subjungendi.*

### I. FIDES.

**Q**uis mihi det, ô Jesu amantissime fide vivâ te suscipiam, firmissimè credam, & sanguinem pro hac veritate profundam; quod, sicut propter nimis charitatem quam dilexisti nos, non reputare immensâ Majestate tuâ indignum, formosi servi suscipere, materna viscera subire postmodum in crucis stipite interlatione animam exhalare, ut nos redimeres; quoque non dignatus sis, formam assumere; ad nos pauperculos Fratres descendere, interiora nostra penetrare esurientésque pascere; ut donis tuis colestibus nos repleres. Ah! credo, speramo te Deus meus: Desidero te milles mi Jesu, quando venies? ut fidem mea robores?

### II. HUMILITAS.

**Q**uis mihi det, ô Jesu humillimes; cum omnium Sanctorum humilitate, hoc Sacramentum & sacrificium tremendum accedere? sed quam fronde audet propinquare ad te, Fratrem excellenti

& dignitatis infinitæ? Eccetū pulcher es,  
Dilecte mi, & ego deformis : tu mitis es,  
& ego ferus; tu lenis es Jacob , & ego  
Esau pilosus, tuisque sanctis moribus dis-  
similis.

Tu pulcher es, dilecte mi , secundum  
divinitatem : quia splendor es gloriæ Pa-  
tris, Candor Lucis æternæ , omnem pul-  
chritudinis rationem & perfectionem in-  
finitam à te ipso ab æterno possidens , sine  
ulla diminutione aut variatione ; exem-  
plar , prototypon , fons & causa onus  
pulchritudinum creatarum & possibili-  
um. (S. Dionys.) Et quomodo audebit  
accedere ad te, mea deformitas ? Umbra  
ad Solem lucidissimū , ad splendorem im-  
mensum caligo, ad ignem infinitum fumus

Tu pulcher es, dilecte mi, etiam secun-  
dum Humanitatem , propter unionem  
ad Verbum , & visionem beatificam , at-  
que ob inexhaustos gratiarum torrentes;  
speciosus formâ præ filiis hominum tam  
regnantium in cœlis , quam in terris mi-  
litantium. Et quomodo conjungetur can-  
dori fuligo , puritati macula , malitia  
Sanctitati? O Frater charitatis & libera-  
litatis

P  
1767

prologi  
Luciflotti

litatis immensæ ! vel guttulam asperge dium  
immenso gratiarum tuarum oceano, balthes  
sordibus peccatorum & imperfectionis  
ablutis, dignior accedam ad fontem puri-  
tatis. Radium concede ex splendidissimo  
Sole, ut, fugatis tenebris, in lumine  
videam, cognoscam, amem te Lumen Credo  
ternum, tibiique quodammodo assimila-  
tus, & conjunctus amore, illustre parens ut sper-  
efficiar. Credo, spero, amo te Deus meus  
Desidero te millies! mi Jesu quando  
vies, & humilem me facies?

## III. SPES.

**Q**uis mihi det te Fratrem meum, tu  
quâ spe & fiduciâ in Sacramento sulci-  
pere; quantâ vel ipsa Mater tua sanctissi-  
ma, vel ullus amicorum tuorum unquam  
te suscepit! sed cùm ea desit, firmissime  
men in effusissimâ benignitate tuâ confidit.  
Quid enim negabis indigo & pauperculi?  
Frater ditissimus & liberalissimus? O R.  
Regis æterni? O Cœlestis Jonatha? qui  
ego non sperem à Te si David, si amico  
tuus esse studeam? Si enim Jonathas ei  
spoliavit se tunicâ suâ, deditq; eam Davi-  
di; & reliqua vestimenta sua, usq; ad gla-